



Heroicarvm Et Ecclesiasticarvm Quaestionvm Libri VI.

Sex libris prioribus universa Regalium, Iurisdictionis Ecclesiasticorum
Temporalis Et Constantinianae Donationis ratio discuitur ... contra
profanas & vanas cuiusdam Bodini novitates

Boetii Eponis Frisii De Ivre Sacro - Vel Principorum Iuris Pontificii Libri III.

Epo, Boetius

Duaci, M.D.LXXXIIX.

VI De Isidori Decreto Sev Corpore Canonum, deque subsequente Catalogo
Auctorum om[nium] / Auctoritatum eiusdem Decreti totius Isidorici.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61749](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61749)

Romanum sub Steph. 3. Grat. & Chronog.
 Rotomagensis al. Rhotomagensis. Grat. &
 Burchardus lib. 1. c. 2. & lib. 3. c. 114. 130.
 227. lib. 4. c. 39. lib. 8. c. 33. & 66. lib. 10. c. 17.
 et 18. lib. 11. c. 2. 3. 42. et alibi pluribus in locis.
 Apud Siluanectum. Burchardus lib. 3. c.
 144. & 145. & Iuo.

Stephani Papa 3. Concilium, vide s. Roma-
 num sub Steph. 3.

Tanstatense. solus Gratianus 12. q. 2. c. 54.
 Apud Theodonis villam. Burchardus lib.
 3. c. 194. lib. 4. c. 90. lib. 6. c. 5. lib. 7. c. 12. lib. 16.
 c. 4. & 36. & Iuo.

Tungrese. Burchardus lib. 10. c. 65. & Iuo.
 Venericum. Burchardus lib. 2. cap. 153.
 & Iuo.

Apud Vermeriam al. Vermerias. Gratia-
 nus & Burchardus lib. 6. c. 41. & 42. lib. 9. c.
 26. 27. 41. 54. lib. 17. c. 10. 11. 12. 13. 14. 22.

Viennense sub Clemente V. solis in Cle-
 mentinis.

Urbanense 1. Urbani Papa 2.

Urbicum. Burchardus lib. 3. c. 226. & lib. 8.
 c. ult. & Iuo & Gratianus.

CAPVT SEXTVM

De Isidori Decreto seu Corpore Canonum;
 deq; subsequente Catalogo Auctorum om-
 nium & auctoritatum eiusdem Decretito-
 rius Isidorici.

Nemo scriptor vnquam cōsuluit me-
 lius conseruationi legislationis to-
 tius Ecclesiasticæ quàm Isidorus Hispa-
 lensis;

lenfis; vt qui tam Pontificum Romano-
rum, vt ac tanquam totius Christiani gre-
gis pastorum vniuersalium, quàm Conci-
liorum Ecclesiasticorum decreta diligen-
tissimè collegerit ad ætatem vsque suam,
posteritatiq; pro disciplina Ecclesiasticæ
bono reliquerit integra. Volumè hoc Isi-
dori plenum ac perfectum pulcherrimis-
que characteribus manu conscriptum re-
peri multos iam ante annos in bibliothe-
ca insignis monasterij Aquiscinctensis, dū
tractus huius Belgici lustrare bibliothe-
cas quasdam præcipuas, atque nūc tandem
contuli cum Tomis prioribus Concilio-
rum à Laurentio Surio editorū; vt si quid
fortè vel amplius vel secius fuisset in Isi-
doro quàm in Surio, id pro mea sedulita-
te subnotarem in meis exëplaribus: quod
& feci non indiligenter, dico in Surijs mei
marginibus. Verùm quia labor ille meus
mihi soli seruit, operæpretium duxi, quale
sit illud opus & quid contineat hic sum-
matim commemorare; subdito simul e-
iusdem Catalogo per ipsum Isidorū no-
bis relicto: quò maior constet Pontificiis
illis Epistolis longè sanctissimis, at per
hæreticos atque schismaticos perulante-
vocatis in controuersiam, fides. Descri-
ptum fuit illud Aquiscinctense volumen
manu cuiuspiam religiosi sub Innocëtio
Pont. secūdo & Cōrado tertio Imperato-
re, quemadmodū scriptor ipsemet adno-
tauit in gemino Catalogo tū Imperatorū
tum

215
De Isidori
Decreto
seu Corpo-
re Canonū
ex Codice
m. s. mona-
sterij Aquif-
cinctensis
perantique

tum Pontificum quę volumini Isidorico
 præfixit, quod fuit sub annū Christi mil-
 leſimum centeſimum atque trigefimum,
 hoc eſt, ante annos iam quadringentos &
 quinquaginta. Codex eſt ingens, foliis
 conſtans ingentibus, iis quę pergameneis,
 numero in vniuerſum ducentis ſexaginta
 quattuor, qui ſunt quaterniones triginta-
 tres, quos idem ſcriptor accuratē ſuis qui-
 buſque locis in ima ſubnotauit margines,
 quia numerum foliorum, quo volumen
 illud carebat, ego primus addidi: ſingulis
 foliis in quattuor ab illo ſcriptore diuiſis
 columnas; & vnaquaque columna lineas
 comprehendente quinquagintatres, idēq;
 conſtanter: lineis autem ſingulis vocabu-
 la nunc ſex nunc ſeptem nunc octo nunc
 etiam nouem vel decē plerumque com-
 prehendentibus, pro vocum ſcilicet vel
 breuitate vel longitudine: foris compa-
 ctum aſſeribus albo corio coopertis; ca-
 tena ferrea ſuperiori prioris aſſeris parti
 nexa, pro adaptatione ad bibliothecę
 pulpitum numero decimū quartum: quo
 quidem numero propter eam cauſam (ſi-
 cuti videtur) & ipſe Codex in corio ante-
 riori prænotatur. Primi tamen folij facies
 anterior, eſt inanis & alba; facie tota po-
 ſteriore, cum colūna prima folij ſequen-
 tis, nomina prouinciarum Romani Im-
 perij, quale olim fuerat, indicante: colūna
 ſecunda folij ſecundi (quę ſecatur in co-
 lumnulas geminas) nomina prodit nuda
 Roma;

Romanorum Principum vsque ad prædictum Conradum tertium : facies altera folij secundi per columnulas quattuor dispescitur, atq; nomina similiter edit Romanorum Pontificû vsque ad Innocentium secundum sub quo scriptor ille testatur ipsemet Codicem illum esse scriptum : superadditis nihilominus alia manu Pontificibus aliquot posterioribus, ætate nimirum scriptorẽ illum subsequente. folium tertium incipit ab huiusmodi inscriptione *Quo tempore Concilia celebrari cœperint, & de quatuor Conciliis: & in fine columnæ primæ folij eiusdem tale inscriptio ponitur, Item de septem Synodis principalibus; quibus in locis, quibus pro causis, quibus temporibus, quibus auctoribus celebrata sint.* quæ duo capita sunt apud Surium Tomo primo pag. 7. Deinde sequitur in Codice illo Aquiscinctensi m. s. facie videlicet altera folij tertij, hæc inscriptio; *Item annotatio Synodorum quarum gesta in hoc Codice continentur.* quæ tamen adnotatio non est omnino perfecta, cum desinat in principium Synodi vigesimæ secundæ; nec per omnia Decreto Isidorico accommodatur, nec est in Surij Tomis : quare obrem paulò post hic apponetur in gratiam studiosi lectoris; vnà cum Præfatione Isidori pulcherrima in Concilium Nicensium, Tractatulo Damasi de Trinitate, Supplemento Epistolæ Flauiani ad Leonem Pont. ac Altercatione Liberij Pont.

& Constantij Imperatoris. quæ omnia in Surio partim desiderantur omnino, partim paulò aliter sese habent, vt conferenti patebit. quartum denique folium Isidori m. s. Aquiscinctensis columna prima inscriptionem habet hanc, *Incipit epistola Aurelij Carthaginensis Episcopi ad Damasum Papam*; & in eadem colúna mox inscriptio hæc, *Rescriptum Damasi Papa ad Aurelium Carthaginensem Episcopum*. Quæ duæ Epistolæ sunt & apud Suriû Tom. i. pag. 8. mox autem post lineas aliquot columnæ secundæ eiusdem folij quarti, ponitur noua Rubrica talis; *Incipit Præfatio Isidori in sequens opus*. cuius quidem præfationis prima verba sunt hæc, *Isidorus mercator &c.* non autem, vt cæteri habent Codices, *Isidorus peccator &c.* siue sic studio semet Isidorus appellauerit haud illepidè, siue sit scriptoris illius erratum, nec enim suis caret mendis insignibus. Quæ præfatio prorsus est eadè quam Surius habet Tom. i. pag. 9. ac 10. atque tandem demum folio quinto columna secundæ cum seqq. præfationi suæ subijcit Isidorus Capitula, id est, Titulos vniuersos totius Decreti seu Corporis Canonum sui, qui Catalogus est qui nunc sequitur, à nobis pro nonnulla interpretatiúcula non nihil illustratus; cum Isidorus duo tantum vel tria ponat verbula priora cursiuis qui vocantur, characteribus hic expressis. Rationem sui Ordinis identidem reddit

Isido-

a
no. 161.
ad. lib.

ORD
ET

1 C
2 men
3 vltim
4 Dec
5 Epist
6 apud
7 Dec
8 Epist
9 in sec
10 Dec
11 Dec
12 Dec
13 Dec
14 Dec
15 Dec
16 Dec
17 Dec
18 Dec
19 Dec

Isidorus ipse; quo de ordine nos paulò
 a
 no. 161. 3. superiùs hoc eodem libro a secundo non-
 ad. lib. nihil diximus.

ORDO, CATALOGVS, INDEX,
 ET CAPITA VEL POTIVS TITVLI

totius Decreti seu Corporis Canonum per
 Isidorum collecti & editi.

- 1 **O**RDO de celebrando Concilio.
- 2 *Canones Apostolorum*, numero 47. qui ta-
 men iidem distinguuntur ab aliis in 50. quorum
 vltimus est de trina mersione in Baptismo.
- 3 *Decreta Clementis Papa & Martyris*, quæ sunt
 Epistolæ in vniuersum 5. eadem prorsus quæ sunt
 apud Surium in Tomis Conciliorum.
- 4 *Decreta Anacleti Papa & Martyris*, quæ sunt
 Epistolæ tres, eadem quæ apud Surium sicut &
 in sequentibus omnibus.
- 5 *Decreta Euaristi Papa*, quæ sunt epistolæ duæ.
- 6 *Decreta Alexandri Papa*, quæ sunt Epistolæ tres.
- 7 *Decreta Sixti Papa*, id est Epistolæ 2.
- 8 *Decreta Thelesphori Papa*, quæ est Epistola vnica.
- 9 *Decreta Ygini Papa*, quæ sunt Epistolæ duæ.
- 10 *Decreta Pij*, quæ sunt Epistolæ duæ.
- 11 *Decreta Aniceti*, quæ est Epistola vnica.
- 12 *Decreta Sotheris*, quæ sunt Epistolæ duæ.
- 13 *Decreta Eleutherij*, quæ est Epistola vnica.
- 14 *Decreta Victoris*, quæ sunt Epistolæ duæ.
- 15 *Decreta Zephirini*, quæ sunt Epistolæ duæ.
- 16 *Decreta Calixti*, quæ sunt Epistolæ duæ.
- 17 *Decreta Urbani*, quæ est Epistola vnica.
- 18 *Decreta Pontiani*, quæ sunt Epistolæ duæ.
- 19 *Decreta Antonij*, quæ est Epistola vnica.

q ij *Decreta*

- 20 *Decreta Fabiani*, quæ sunt Epistolæ tres.
- 21 *Decreta Cornelij*, quæ sunt Epistolæ duæ,
ad omnes Ecclesiæ filios altera ad Rusticum
piscopum.
- 22 *Decreta Lucij*, quæ est Epistola vnica.
- 23 *Decreta Stephani*, quæ sunt Epistolæ duæ.
- 24 *Decreta Sixti* 2, quæ sunt Epistolæ duæ.
- 25 *Decreta Dionysij*, quæ sunt Epistolæ duæ.
- 26 *Decreta Felicis* 1, quæ sunt Epistolæ tres.
- 27 *Decreta Eutitiani*, quæ sunt Epistolæ duæ.
- 28 *Decreta Gaij*, quæ est Epistola vnica.
- 29 *Decreta Marcellini*, quæ sunt Epistolæ duæ.
- 30 *Decreta Marcelli*, quæ sunt Epistolæ duæ.
- 31 *Decreta Eusebij*, quæ sunt Epistolæ tres.
- 32 *Decreta Melchiadis*, quæ est Epistola vnica.
- 33 *De primitiua Ecclesia*, & Edictum Constantini
deque Donatione eiusdem.
- 34 *Concilium Nicenum* iijc xvij Episcoporum
Gregorij maioris. præmissa per Isidorum
ne pulcherrima, cuius initium *Beatus*
autem Concilij capitula 20 cum Symbolo.
- 35 *Concilium Anciranum* xij Episcoporum,
capitulis 24.
- 36 *Concilium Neocasariense* xvij Episcoporum,
nens capitula 14.
- 37 *Concilium Gangrense* xv Episcoporum, cuius
38 *Concilium Sardicense* iijc Episcoporum, cuius
39 *Concilium Antiochenum* xxx Episcoporum,
capitula sunt 25.
- 40 *Concilium Laodicenum* xxij Episcoporum,
capitula sunt 59.
- 41 *Concilium Constantinopolitanum* 150. Episcoporum,
tinens capitula 7.

- 42 *Concilium Ephesinum* 200 *Episc.* continens *Epistolam* Concilij ad *Nestorium*, & *fidem Catholicam* vnà cum *Anathematismis* 12.
- 43 *Concilium Chalcedonense DC.* 30 *episc.* cum *ediētis Imperatorum* pro *confirmatione eiusdem Concilij*, & *diētis Attici Episcopi*, videlicet quomodo *Formata Epistola* fiat. cuius *Concilij capitula* sunt 27.
- 44 *Concilium Karthaginense primum*, cuius *capitula* sunt 14.
- 45 *Concilium Karthaginense secundum*, cuius *cap.* 13.
- 46 *Concilium Karthaginense tertium*, cuius *capit.* 50.
- 47 *Concilium Karthaginense quartum*, cuius *capitula* sunt 104.
- 48 *Concilium Karthaginense quintum*, cuius *capitula* sunt 15.
- 49 *Concilium Karthaginense sextum*, cum *exemplaribus Niceni Concilij* ab *Orientalibus Episcopis* ad *Africam* transmissi. cuius *Concilij capitula* sunt 13.
- 50 *Concilium Karthaginense septimum*, cuius *capitula* sunt 5.
- 51 *Concilium Milenitanum*, cuius *capitula* sunt 27.
- 52 *Concilium Arelatense primum*, continēs *capit.* 23.
- 53 *Concilium Arelatēse secundum*, continens *cap.* 25.
- 54 *Concilium Arelatense tertium* 24 *Episc.* continens *capitula* 4.
- 55 *Concilium Valentinum* 30 *Episcop.* constans *capitulis* 4.
- 56 *Concilium Taurinatum* al. *Taurinatis*, continens *capitula* 7.
- 57 *Concilium Regiense* 13 *Episc.* quod habet *capit.* 6.
- 58 *Concilium Arausicum*, constans *capitulis* 29.
- 59 *Concilium Vafense*, quod habet *capitula* 10.
- 60 *Concilium Agathense*, constans *capitulis* 71.

- 61 *Concilium Aurelianense*, constans capitulis 16.
- 62 *Concilium Elibertinum* al. *Elibertanum*, continens 81.
- 63 *Concilium Tarraconense*, quod habet capitula 16.
- 64 *Concilium Gerundense*, cuius capitula sunt 16.
- 65 *Concilium Casarugustanum*, cuius capitula sunt 16.
- 66 *Concilium Ilerdense*, cuius capitula 16.
- 67 *Concilium Valentinum*, cuius capitula 6.
- 68 *Concilium Toletanum primum*, cuius capitula sunt 16.
- 69 *Concilium Toletanum secundum*, cuius capitula sunt 16.
- 70 *Concilium Toletanum tertium*, continens Capitula Concilij cum capitulis 23.
- 71 *Concilium Toletanum quartum*, constans capitulis 74.
- 72 *Concilium Toletanum quintum*, quod habet capitula 16.
- 73 *Concilium Toletanum sextum*, cuius capitula sunt 16.
- 74 *Concilium Toletanum septimum*, cuius capitula sunt 16.
- 75 *Concilium Toletanum octavum*, continens Capitulum Concilij cum distinctione numerorum 12. ad cesuini Regis lege.
- 76 *Concilium Toletanum nonum*, cuius capitula sunt 16.
- 77 *Concilium Toletanum decimum*, distinctionum 6. & quibusdam Decretis.
- 78 *Concilium Toletanum undecimum*, cuius capitula sunt 16.
- 79 *Concilium Toletanum duodecimum*, continens Capitulum Concilij cum capitulis 13.
- 80 *Principium concilij Toletani tertij decimi*, Acta Concilij cum fide Concilij Niceni acti capituli primi.
- 81 *Concilium Bracharense primum*, cuius capitula sunt 16.
- 82 *Concilium Bracharense secundum*, cuius capitula sunt 16.
- 83 *Liber capitulorum ex diversis Conciliis collectus*

beato Martino Bracharensi Episcopo. constans capitulis 84.

- 84 Concilium Bracharense tertium, continens Acta cum capitulis 8.
- 85 Concilium Spalense primum, cuius capitula 3.
- 86 Concilium Spalense secundum, cuius capitula 13.
- 87 Exceptiones ex Decretis sancti Siluestri vel potius Excerptiones. quarum initium, Temporibus S. Siluestri, &c.
- 88 Decreta Marci Papa. cum epistola Aegyptiorum Pontificum ad eundem Papam missa. Est autem epistola Marci PP. vnica.
- 89 Decreta Iulij papa, quibus inserta est epistola Orientalium Episcoporum ad eundem missa causantiū quod Athanasium in communionem receperit quem ipsi damnauerant. sub his continetur Concilium Romanum, vnā cum epistolis Iulij duabus.
- 90 Decreta Liberij papa, cum epistola Athanasij & ceterorum Aegyptiorum Episcoporum ad eundem scripta de persecutionibus quas ab Arrianis patiebantur. Est autem epistola Liberij vnica hic, & seq. tit. adhuc alia.
- 91 Decreta Felicis papa, cum epistola Aegyptiorum Sacerdotum de persecutione hereticorum. quibus etiam subiuncta est epistola Liberij papa. quia forsitan post martyrium Felicis de exilio reuersus in sedem suam idem papa Liberius eandem scripsit. Felicis epistolæ sunt hic duæ.
- 92 Decreta Damasi papa, quibus inserta est epistola Stephani Archiepiscopi & trium Conciliorum Africa ad eundem missa. Damasi epistolæ sunt quinque; 1^a ad Paulinum, cū Synodo Romana; 2^a, ad Stephanū & omnes Episcopos Africanæ prouinciæ,

- (præmissa eorundem Epistola ad ipsum De-
sum) cui 2 epistolæ subijcitur tractatus
Damasi de filio Dei & Spiritu sancto & de ve-
rite Trinitatis, cuius tractatus initium est *Quis
quis patriatur*. quem Catalogo huic subieci-
quod in Surio maxima ex parte desideretur
Damasi Epistola est ad Prosperum & omnes
thodoxos Episcopos, cum appendice de
dotibus qui de Ecclesiis suis ad alias migra-
clesias; 4^a, ad Episcopos in Illirico con-
5^a, ad Episcopos Italiæ.
- 93 *Decreta Siricij pape*. quæ sunt epistolæ tra-
94 *Decreta Anastasij pape*, quæ sunt epistolæ
95 *Decreta Innocentij pape*, quibus inserta est
Concilij Karthaginensis ad eundem papam
epistola Concilij Mileuitani. epistola quosda-
liaris quinque episcoporum ad eundem. Sunt
epistolæ Innocentij 27. quarum vlt. est facta
ad Aurelium Episcopum Carthaginensem.
- 96 *Decreta Zosimi pape*, quæ sunt epistolæ tra-
97 *Decreta Bonifacij pape*, cū edicto Honorij Im-
peratoris; vt si denuò Roma duo episcopi ordinati fuerint
civitate pellantur. Sunt autē epistolæ Bonifacij
98 *Decreta Celestini pape*, quæ sunt epistolæ
99 *Decreta Sixti pape*, quæ est epistola vnica
100 *Decreta Leonis pape*, cum epistola Flavianij
stantinopolitani episcopi ad eundem, & epistola
Rauennatis episcopi ad Eutycen hæreticum. Sunt
autem epistolæ sunt 37. & sic in vniversis
quarum prima est ad Eutycen; 2 ad sanctum
uianum; 3 eiusdem Flavianij ad Leonem; 4 ad
ad Flavianum; 5 Petri Rauennatis ad Eutycen
6 Leonis ad Ephesinam Synodum; 7 Leonis

Sanctæ Synodi Romæ ad Theodosium Augu-
 stum; 8 eorundē ad Pulcheriam Augustam; 9 so-
 lius Leonis ad Pulcheriā Augustam, cuius initiū
Gandere; 10 Leonis ad Martianū & Faustum pres-
 byteros; 11 Leonis ad Theodosiū Augustum, cu-
 ius initium *Omnibus quidem*; 12 ad Pulcheriā Au-
 gustam, cuius initium *Gaudeo fidei*; 13 ad Faustū &
 Marrianum cæterosque presbyteros, cuius initiū
Causa fidei; 14 ad Pulcheriā Augustam, cuius ini-
 tiū *Quod semper*; 15 ad Anatholium, cuius initiū
Gaudemus; 16 ad Martianum, cuius initiū *Quam-
 vis per Constantinopolitanos Clericos*; 17 ad eundem
 Imperatorem, cuius initiū est *Multam mihi fidu-
 ciam*; 18 ad Anatholium, cuius initiū *Licet sperem*;
 19 ad eundem Imperatorē Martianum, cuius ini-
 tiū *Poposceram quidem à gloriosissima clementia
 vestra*; 20 ad Synodum Chalcedonensem, cuius
 initium *Optaueram quidem dilectissimi*; 21 ad Mar-
 tianum Augustum, cuius initium *Magno munere
 misericordia Dei*; 22 ad Anatholium, cuius initiū
Manifestato sicut optauimus; 23 eidem Martino
 Augusto, cuius initiū *Multa mihi in omnibus*; 24
 ad eundē Martianum Augustum, cuius initiū *Pu-
 ritatem fidei Christianæ*; 25 eidem Martino Augu-
 sto, cuius initium *Quod sepius*; 26 ad Leonem
 Imperatorem, cuius initiū *Promisisse me memini*.
 constans tribus capitibus; 27 ad Turibium, cuius
 initiū *Quam laudabiliter*; 28 ad Episcopos Italiæ,
 cuius initium *In consortium*; 29 ad Episcopos Si-
 ciliæ; cuius initium *Diuinis preceptis*; 30 ad Epi-
 scopos Campaniæ, Piceni, & Thuscianæ, cuius ini-
 tiū *Et vobis gratulationem*; 31 ad Ianuarium, cu-
 ius initium *Lectis fraternitatis tuae literis*; 32 ad
 Rusti-

- Rusticum cuius initium *Subditis responsio*
ad eiusdem consultare scriptis Epistolas fratris
tuae quas Hermes &c. constans capitulis
 Anastasium cuius initium *Quarta fraternitas*
 34 ad Nicetum Aquileiensem Episcopum
 initium *Regressus ad nos*; 35 ad vniuersos
 pos per Africam constitutos, cuius initium
de ordinationibus; 36 ad Theodorum Episcopum
 Foroiuliensem, cuius initium *Sollicitudo*
tua; 37 ad Leonem Rauennensem Episcopum
 ius initium *Frequenter quidem*; 38 ad
 Episcopum Alexandrinum, cuius initium
tum dilectioni tuae; 39 & vlt. ad Episcopum
 cuius initium *Magna indignatione commota*
 101 *Decreta Hilarij papa*, videlicet Con-
 manū sub ipso, cum epistolis duabus ad
 102 *Decreta Simplicij papa*, cum epistola ad
 stantinopolitani Episcopi. Est autem episto-
 plij vnica.
 103 *Decreta Felicis papa*, quæ sunt Epistolæ
 104 *Decreta Gelasij papa*, quæ sunt, primam
 pturis apocryphis, deinde epistolæ 5 quæ
 ma est ad Episcopos per Lucaniam & Siciliam
 Siciliam constitutos capitulis 30; secundam
 los, cuius initium *Presulū auctoritas*; 3
 cuius initium *Ego quoque mente percepisse*
 stasium Augustum; 5, ad Episcopos
 longissima.
 105 *Decreta Anastasij Papa*, quæ est epistola
 106 *Decreta Symmachij papa*, & liber Ennodij
 Romane Ecclesie contra obtretractores quarta
 habita Rome sub Symmacho papa. Sunt autem
 stolæ Symmachij tres, post quarum primam

runtur Synodi sub eodē celebratæ quinque, hoc est, 1. 3. 4. 5. 6. quia 2. deest. licet Surius malè fecerit primam in duas, cū sit vnica, sicuti res ipsa docet, marginali facta simul ad Isidorū. m. s. Aquisc. adnotatione characteribus rubris hac, *Secūda Synodus deest.* Epistola quoque quarta & vltima quā Surius ponit non est in Isidoro.

107 *Decreta Hormisdæ pape, & Sacra Iustini Imperatoris, & liber Ioannis Constantinopolitani Episcopi ad eundem papam transmissus de reconciliatione Romana & Constantinopolitana Ecclesia.* Sunt autem Epistolæ Hormisdæ octo, quarum vlt. est ad Episcopos Beticæ prouinciæ.

108 *Decreta Ioannis pape,* quæ sunt epistolæ duæ.

109 *Decreta Felicis pape,* quæ sunt Epistolæ duæ.

110 *Decreta Bonifacij pape,* quæ est epistola vnica cui inferitur exemplar precū eius & Iustini Principis.

111 *Decreta Ioannis pape,* quæ est epistola vnica.

112 *Decreta Agapiti pape,* quæ est epistola vnica.

113 *Decreta Siluerij pape cum epistola Amatoris Episcopi ad eundem missa.* Est autem Epistola Siluerij vnica, videlicet ad Amatorem.

114 *Decreta Vigilij pape,* quæ est epistola vnica 7 constans capitulis.

115 *Decreta Pelagij pape,* quæ est epistola vnica.

116 *Decreta Ioannis pape,* quæ est epistola vnica.

117 *Decreta Benedicti pape,* quæ est epistola vnica.

118 *Decreta Pelagij pape,* quæ sunt epistolæ tres; nā quarta quæ inuenitur apud Surium, hic deest.

119 *Decreta Gregorij primi,* quæ sunt epistolæ 5. cum Responcionibus ad Interrogationes Augustini, cumque Concilio Rom. Quinque autē illæ Epistolæ

stolæ sunt hæ; Prima, ad Leandrum de trinitate
 sione baptismatis, cuius initium *Respondet
 lis*; 2^a, ad eundem Leandrum, cuius initium
tatis vestra; 3^a, ad Reccaredum Regem
 thorum, cuius initiū *Explere verbis*; 4^a, ad
 dinum inclusum, cuius initium *Dilectio*
 ad Theotistam patritiam de discordia
 cuius initium *Magnas omnipotentis De
 agere debemus &c.*

Reliqui sequentes quinque tituli videtur
 quempiam Isidoro superadditi (quod
 præ se fert Isidori præfatio) cum tempore
 gregorij secundi nullo modo potuerit attinere
 dorus, neque fragmenta cetera videantur
 conuenire.

120 *Decreta Gregorij iunioris. i. secundum
 Concilium Romanum sub ipso celebra-
 pitulis 17. vide Surium Tom. 3. pag. 18.*

121 *Liber capitulorum numero 70. ex diversis
 siue Decretis Romanorum Pontificum collectus
 Agilramno Metensi episcopo. vide Sur. Tom.
 252. in Adriano PP. 1. vbi vocatur Inge-*

122 *Item exceptiones ex diversis constitutionibus
 bus ecclesiasticis non alienandis. sunt collectæ
 variis Conciliis.*

123 *Item exceptiones de gestis Chalcedonen-
 si & Constantinopolitani secundi. Sunt quoque
 lectanea ex eodem Concilio, vel Excerpta*

124 *Disputatio Liberij papa & Constantij Imperatoris
 quæ est imperfecta eo quod vltimum libellum,
 nempe 264, lacerū sit in Codice illius
 cinctensi m. s. complectitur autem libertatem
 nimi & generositatem Liberij cum eiusdem*

lio longè indignissimo. totam, qualis qualis illic
inuenitur, subiecimus.

*Hec sequentia sunt in Codice Isidorico Aquisgranensi
m. s. fol. 3. pag. 2.*

Item Annotatio Synodorum quarum gesta
in hoc Codice continentur.

Prima annotatio Anquirana Synodi, qua ante Ni-
cenam fertur fuisse, sed propter auctoritatem maio-
rem prius ponitur, in qua Patres xvij statuerunt canones
viginti quatuor quorum auctor maxime Vitalis Antio-
chenus Episcopus extitit.

Secunda Neocasariensis qua post Anquiranam &
ante Nicenam legitur fuisse in qua Patres xvj statue-
runt canones xiiij quorum auctor maxime Vitalis Sala-
minus extitit.

Tertia Gangrensis qua post Nicenam legitur fuisse in
qua Patres xvi statuerunt canones propter quasdam ne-
cessitates Ecclesiasticas, maxime contra Eustasium qui
dicebat quod nullus in coniugali ordine positus, nec ullus
fidelis qui non omnibus renunciaret qua possideret, spem
apud Deum haberet; & multa alia venenosa qua enume-
rare longum est.

Quarta Sardicensis in qua patres lx statuerunt cano-
nes xxi quorum auctor maxime Hosius Cordubensis Epi-
scopus & Vincentius Capuanus Episcopus & sancta Ro-
mane Ecclesie Legatus extiterant.

Quinta Antiochena in qua patres xxx statuerunt
canones 25. quorum auctor maxime Eusebius Palesti-
nensis episcopus extitit.

Sexta Laodicensis in qua patres xxij statuerunt canones
lvij, quorum auctor maxime Theodosius episcopus extitit.

Septima

*Septima Karthaginensis in qua Patres ccccii
runt canones xxxiiij quorum auctor maximè
Karthaginensis Episcopus extitit; etiam sanctus
stinus Hipponensis Episcopus in eadē Synodo legi-
se temporibus Honorij Augusti.*

*Octava Africana sub Theodosio minore
qua Patres cccxiiij recitauerunt & firmauerunt
cv. qui per diversa Concilia Africana provin-
ribus Aurelij Karthaginis Episcopi leguntur
scripta.*

*Nona Arelatensis in qua Patres DC. sta-
nones quorum Authores maximè Silvester
Episcopus & sanctus Marinus Arelatensis
extiterunt, temporibus Constantini Augusti
dam asserunt.*

*Decima item Arelatensis in qua Patres
runt canones quorum Author maximè Casari-
tensis Episcopus extitit.*

*Vndecima item Arelatensis in qua Patres
tuerunt canones.*

*Duodecima item Arelatensis in vico Orientali
Patres vndecim statuerunt canones quorum au-
mè sanctus Casarius Arelatensis Episcopus extitit.*

*Tertia decima item Arelatensis in qua Patres
statuerunt canones quorum author maximè
Arelatensis Episcopus extitit.*

*Quarta decima Arausicensis in qua Patres
tuerunt canones quorum author maximè Hilari-
scopus extitit.*

*Quinta decima Epaonensis in qua Patres
tuerunt canones xl quorum author maximè
Episcopus extitit.*

Sexta decima Agathensis in qua Patres

Statuerunt canones quorum auctor maximè *Casarius* episcopus extitit.

Sep̄tima decima Aurelianensis in qua Patres lxxij statuerunt canones quorū auctor maximè *Aurelius Aurelianus* episcopus extitit temporibus *Clodovei Regis*.

Octava decima itē Aurelianensis in qua patres xxxj statuerunt canones quorum auctor maximè *Melanius* *Rodensis* Episcopus extitit.

Nona decima item Aurelianensis in qua Patres xxiiij statuerunt canones quorum auctor maximè sanctus *Albinus Andegauensis* extitit.

Vigesima Aruernensis in qua Patres xv statuerunt canones quorum auctor maximè *Honoratus Briauiensis* episcopus extitit.

Vigesima prima Maticensis in qua Patres xxj statuerunt canones quorū auctor maximè *Priscus Lugdunensis* episcopus extitit.

Vigesima secunda item.

Quæ sequuntur sunt in *Isidoro Aquiscinctensi* m. f. fol. 61.

Incipit Præfatio Niceni Concilij.

Beatissimo *Siluestro* in urbe *Roma* Apostolica sedis Antistite, *Constantino Augusto*, & *Licinio Casare*, *Consulatu Paulini* & *Juliani* virorum clarissimorum, ab *Alexandro millesimo tricesimo sexto* anno, mense *Julio* xiiij Kal. *Iulij*; propter insurgentes hereses fides Catholica exposita est apud *Niceam* *Bitinia* quam sancta & reuerentissima *Romana* complectitur & veneratur Ecclesia. quippe quam trecenti decē & octo patres medianibus *Victore* atque *Vincētio* religiosissimis *Romana* sedis presbyteris inspirante *Deo* ad obstruenda *Arrii* venena protulerunt. nam & nonnulla regula subnexa sunt, quas memorata suscipiens confirmavit ecclesia. Sciendum est sanè

sanè ab omnibus Catholicis, quoniam sancta Ecclesia Romana nullis synodicis decretis prelata est, sed in voce Domini & Salvatoris nostri primatum obtinuit. Dixit beato Petro Apostolo, Tu es Petrus & super te edificabo Ecclesiam meam, & porta inferi non ualebunt aduersus eam. & tibi dabo claves regni, & quaecunque ligaueris super terram erunt ligatae in caelo, & quaecunque solueris super terram erunt soluta in caelo. Adhibita est etiam societas in eadem urbe beatissimi Apostoli Pauli uasis electionis, unius tempore gloriosa morte cum Petro Imperatore Nerone agonizans coronatus est, & ambo per sanctam Romanam Christo Domino & aliisq; omnibus urbibus in uniuerso mundo & atque venerando triumpho praetulerunt. & lucubris assidua apud Deum omnium sanctorum oratio, his tamen uerbis Paulus beatissimus Romanis proprio chirographo pollicetur dicentem, nim mihi est Deus cui seruo in spiritu meo in filij eius, quod sine intermissione memoriam meam in orationibus meis. Prima ergo sedes caelestis Romana Ecclesia quam beatissimi Petrus atque Paulus martyrio dedicarunt; Secunda autem sedes apud Antiochiam beati Petri nomine à Marco eius discipulo euangelista consecrata est, quia & ipse in Antiochia uerbum ueritatis directus à Petro predicaturos suscepit martyrium cui uenerabilis successores: Tertia uero sedes apud Antiochiam eiusdem Petri Apostoli habetur honorabilis, quia illic primum Romam ueniret habitauit & Ignatium episcopum constituit, & illic primum nomen Christianorum gentis exortum est. Nam & Hierosolymitanorum pro tanti loci reuerentia ab omnibus habetur honor

maximè quoniam illic primus beatissimus Iacobus, qui
 dicebatur iustus, qui etiam secundum carnem frater Do-
 mini nuncupatus est, à Petro, Iacobo, & Joanne Aposto-
 lu est Episcopus ordinatus. Itaque secundum antiquorum
 Patrum definitionem sedes prima in Hierosolymis mini-
 mè dicitur, ne fortè ab infidelibus aut idiotis sedes Domi-
 ni nostri Iesu Christi qua in cælo est in terra esse putare-
 tur. est enim sedes eius cælum, terra autem scabellum pe-
 dum eius. quoniam ipse est per quem omnia facta sunt &
 sine quo factum est nihil. quoniam ex ipso & per ipsum &
 in ipso sunt omnia. ipsi gloria in secula seculorum. Apud
 Ephesum verò beatissimus Iohannes Apostolus & Euan-
 gelista multo tempore post Domini resurrectionem & as-
 censionem in cælos diuina inspiratione euangelium con-
 scripsit, atque requieuit. Et ob hoc Episcopus Ephesinus
 pro tanti Apostoli & Euangelista memoria ceteris Epi-
 scopis metropolitanis in Synodis honorabiliorè obtinet se-
 dem. Sed quoniam de Concilio Niceno differendum est
 qua hoc fecit causa vt post illam Apostolorum gloriosis-
 simam predicationem qua in omnem terram mirabiliter
 diffusa est sub Constantino Augusto tanti congrega-
 rentur Episcopi, Rufini nobis decimus liber, qui cõiunctus
 est nouem libris ecclesiastica historia quos vir eruditissi-
 mus Eusebius Casariensis edidit, necessario profertur in
 medium; vt parua eius qua inter initia de Arrij peruersi-
 tate conscripta sunt memorètur. quia dubium nõ est ideo
 trecentos decem & octo sanctissimos Patres ex vniuerso
 Orientali orbe in Niceam Bithinia congregatos, vt Arrij
 impium dogma Christi auxilio funditus damnaretur, &
 salubri prouidentia constituerent quid in sancta Catho-
 lica Ecclesia debeat obseruari. Item ad locum ex libro de-
 cimo Rufini. Igitur cum apud Alexandriam post Achil-
 lam, qui Petri martyrio successit, suscepisset Alexander
 sacer-

sacerdotium, quia pax nostris & quies à persecutione
erat, atque Ecclesiarum gloria Confessorum meritis
debat, prosperitas rerum nostrarum domestica con-
ne turbabatur. Etenim Presbyter quidam apud Alexan-
driam nomine Arrius vir specie & forma magis
virtute religiosus sed gloria laudisq; & nouitate
be percupidus, praua quadam de Christi fide pro-
que arte inquisitionis inuenerat coepit. Abscissa
ac separare ab illa eterna & ineffabili Dei Patri-
tia vel natura filium conabatur. Quæ res in Ec-
rimos cõturbabat. Sed cùm Alexander Episcopus
lenis & quietus assidue cõmonitionibus Arrium
prauo incepto & assertionibus impiis reuocare
res ex sententia procederet, & quod plerosque
tagio pestifera assertionis infecerat non solum
xandriam verùm & per alias vrbes prouincias
ferat, perniciosum fore credens si dissimularet
consacerdotibus suis rem indicat. quæstio latius
Sermo usque ad aures religiosi Principis, qui
studio & diligentia curaret qua nostra sunt
Tum ille ex sententia sacerdotum apud vrbes
Episcopale Concilium conuocat. ibiq; Arrium
cem & octo Episcopis residentibus adesse iubet
propositionibus & quæstionibus iudicare. Sed
admirabile factum Principis non puto reticere
nim cùm ex omnibus pene locis Episcopi cõuenire
fieri solet, diuersis ex causis inter se quadam
lissent, interpellabatur frequenter à singulis
libelli; culpa proferebantur; & magis ad hæc
pro quo fuerat ventum animos dabant. At ille
per huiusmodi iurgia causa summi negotij fructu
diem certum statuit quo unusquisque Episcopus
querimonia habere videretur, deferret. cum res

cepit à singulis libellos: quos simul omnes in sinu suo con-
 tinent, nec in eis quod contineretur aperiens, ait ad Epi-
 scopos; Deus vos constituit sacerdotes, & potestatem vo-
 bi dedit de nobis quoque iudicandi, & ideo nos à vobis re-
 iudicamur; vos autem non potestis ab hominibus iudi-
 cari, propter quod Dei solius inter vos expectate iudicium
 & vestra iurgia quacumque sunt ad illud diuinum reser-
 uentur examen, vos etenim nobis à Domino dati estis dii;
 consentiens non est ut homo iudicet deos, sed ille solus de-
 us scriptum est, Deus stetit in synagoga deorum in me-
 dio autem deos discernit. & ideo his omisis alia quæ ad
 fidem Dei pertinent absque vlla animorum contentione
 discussite. Cùm hæc dixisset, omnes querimoniarum libel-
 los in sinu exuri ne innotesceret illi odium & suggillatio sa-
 cerdotum. Verùm cùm per dies multos in Episcoporum
 Concilio de fide quæstio verteretur, & nonnulli diuersa
 sentirent, ac vehementer ceptis Arrij fauerent, plures
 tamen erant qui impium exsecrarentur inceptum, cumq[ue]
 in eodem Concilio esset Confessorum magnus numerus sa-
 cerdotum, omnes Arrij nouitatibus aduersabantur; Fa-
 uebant verò ei viri in questionibus callidi & ob id simpli-
 citati fidei aduersi, quantam verò habeat virtutem fidei
 simplicitas, etiam ex his qua ibi gesta sunt cognoscimus.
 etenim cùm pro studio religiosi Imperatoris ex omni ter-
 ra Sacerdotes Dei coissent, opinione commoti philo-
 sophi quoque & dialectici valde nobiles & opinatissi-
 mi conuenerunt. In quibus, quidam insignis in arte
 dialectica per dies singulos conflictum summi certami-
 nis cum Episcopis nostris viris aequè in dialectica non
 improbabiler eruditus mouebat; & fiebat ingens spe-
 ctaculum, conuenientibus ad audiendum doctis & li-
 teratis viris. Nec tamen ullo genere Philosophus con-
 cludi à quoquam poterat aut constringi; tanta enim

dicendi arte obiectis quaestionibus occurrebat, ut
 ximè putaretur astrictus, velut anguis lubricus
 tur. Sed ut ostenderet Deus quia non in sermone
 Dei sed in virtute consistit, quidam ex confessoribus
 plicissima natura vir, & nihil aliud sciens nisi
 Jesum, & hunc crucifixum, inter ceteros audire
 scopos, aderat. qui cum vidisset Philosophum
 nostris, & callida se disputationis arte iactantem
 ab omnibus locum, velle se paucis cum Philoso-
 cinari. tum verò nostri, qui simplicitatem vir-
 tiam (in sermone dumtaxat) nossent, pauere, &
 dorem quendam pati, ne fortè apud callidum
 sui efficeretur sancta simplicitas. Persistit tam-
 & hinc mouit sermonis exordium. In nomine
 su Christi, Philophe audi quæ vera sum-
 nus est, qui fecit cælum & terram, qui quæ
 quem de terræ limo formauerat spiritum
 uersa quæ videntur sibi virtute verbi sui
 spiritus sui sanctificatione firmavit. hoc ve-
 sapientia quam nos filium dicimus, humani-
 ratus errores, ex virgine nascitur; & per
 mortis à perpetua nos morte liberavit, &
 ctione sua æternam nobis contulit vitam.
 pectamus iudicem omnium quæ gerimus
 turum. credis hæc ita esse Philophe? at
 nunquam vllum sermonem contradicentem
 set, ita obstupefactus virtute dictorum muta-
 nia, hoc solum potuit respondere, ita sibi
 aliud verum esse quàm dixerat tum senior,
 quit, si ita esse credidisti, surge & sequere me
 minicum & huius fidei signaculum suscipe
 philosophus Christianus effectus, tandem se
 est victum. In illo etiam Concilio fuit Pascentius

Dei, Episcopi
 na, ut sig-
 Bolu fieri
 Episcopi
 temporis
 ex quibus
 singulos a
 ta statuer
 Concilium
 bantur, &
 summa ce
 tinum mi
 vno cunct
 conscribi e
 conscribi i
 decem &
 magis fid
 nullis sub
 nitum con
 talis Con
 neratur;
 statuta e

Execo

QVO
 Spiritu
 & de

Quo
 Quia
 propter
 esse, & se
 subtrahere

Dñi, Episcopus *Aegypti*, in quo tanta virtute inerat gratia, ut signa per eum non minus quam dudum per Apostolos fierent. quo etiam in tempore & Spiridion Cyprius Episcopus insignis habebatur; tales igitur in illis adhuc temporibus multi viri in Ecclesiis Domini refulgebant, ex quibus plurimi in illo Concilio fuerunt. Interea per dies singulos agitabatur conuentus, nec facile aut temere tanta statuere audebant. & vocabatur Arrius frequenter in Concilium, & assiduo tractatu assertiones eius discutiebantur; & quod aduersum hac tenere deberent ac statui, summa cum deliberatione querebatur. Verum post diutinum multumq; tractatum, placuit omnibus, ac velut uno cunctorum ore & corde decernitur, homoousion conscribi debere, id est eiusdem cum patre substantia filium confiteri. idq; firmissima omnium sententia pronunciat. decem & septem solum fuisse dicuntur quibus Arrij magis fides placeret, extrinsecus creatum Dei filium ex nullis substantibus & non ex ipsa Patris Deitate progenitum confirmantes. defertur ad Constantinum sacerdotali Concilij sententia, ille tanquam a Deo prolatam veneratur; cui si quis tentasset obniti, velut contra diuina statuta venientem in exilium se protestatur acturum.

Ex eodem Isidoro m. f. fol. 159. inter Damasi decreta.

QVOD OMNIS DE FILIO DEI ET
Spiritu sancto male sentiētes similes sint Iudæis.
& de vnitate Trinitatis.

Quod si quis patiatur Deum Patrem & Deum Filium & Spiritum sanctum deos dici, & non Deum, propter vnā diuinitatem & potentiam, quam credimus esse, & scimus, Patris, & Filij, & Spiritus sancti, Deum subtrahens, aut Filium aut Spiritum sanctum, ita solum
r iij existi-

existimet esse Deum Patrem dici aut credi vni-
 anathematismis omnibus, immo Iudais; quod non
 rum in Angelis & in Sanctis omnibus à Deo esse
 & donatum. de Patre autem & Filio & Spiritu
 propter vnā & aequalē diuinitatē non noui-
 sed Dei nobis ostenditur atque indicatur; ut
 quia in Patre & Filio & Spiritu sancto solū
 Zamus, & non in Archangelorum nominibus
 lorum, quomodo heretici aut Iudai aut etiam
 mentes faciunt. hac ergo est salus Christianorū
 dentes Trinitati. i. Patri & Filio & Spiritu
 eam veram solamq; vnā diuinitatē & potē-
 iestatem & substantiam eiusdem deitatis, sin-
 damus. dicit quoque beatus Isaias, Propter
 tacebo, & propter Hierusalem nō quiesce-
 egrediatur vt splendor iustus eius & saluatio
 lampas accendatur. Professio Catholica Ecclē-
 vera consistit Sion & ciuitas Christi cœlorum
 tot annorum spacia expugnata ab aduersariis
 dei, qui neque Deum timent neque hominē
 sed incassum producentibus pijs & canonicis
 bo doctrinas; dum & aduersis tantisq; que
 sine scripto contestationibus inuitati fuissent cor-
 priam & sepelire heresim; sicuti & per antea
 tionem luculētius demonstratum est tā per
 per suggestiones reuerendissimorum Sacerdotū
 rabilium Abbatum. Apostolo protestante nobis
 nem hereticum post primam & secundam cor-
 euitare debeamus; scientes quia subuersus est
 & delinquit, proprio iudicio cōdemnatus. nullo
 tet nos deinceps tacere aut quiescere, ne quoque
 qui iudicemur, odibilē Deo pacem amplectentē
 scriptum est, Zelari in peccatoribus pacem

rum videns. & dicatur etiam de nobis, sacerdotes mei contempserunt legem meam & polluerunt sanctuarium meum, inter sanctum & prophanum non habuerunt distantiam, & inter pollutum & mundum non intellexerunt; sed consurgere cum Deo & consistere promptè, & induentes arma spiritus aduersus malignantes contra fidem eius, ut probemus spiritus sapienter, id est verba illorum, si ex Deo sunt. scriptum est enim in Hieremia, Probatores dedi te in populo meo robustum & scies & probabis viam eorum. multum namq; nobis necessaria est vigilantia, & tantum diuinum sapientia discretio- nis que occulta tenebrarum reuelat ad requisitionem hu- iusmodi rei & scrutationem. quoniam latet quodammodo & absconditur, vixq; comprehenditur, dolosa existens ma- litia, pro eo quod sibi pietatem callidè bladiatur ut valeat scrutantium mentem latere. quod utique sciens beatus Apostolus ait, Nam huiusmodi pseudoapostoli ope- rarij subdoli transfigurantes se in Apostolos Christi. sed non mirum, ipse enim satanas transfiguratur se velut angelum lucis; & non mirum si ministri eius transfigu- rentur velut ministri iustitie, quorum finis secundum opera eorum. Sed & Dominus in hoc premonens nos, ait, At- tendite à prophetis falsis qui veniunt ad vos in ve- stimentis ouium, intrinsecus autè sunt lupi rapaces, à fructibus eorum cognoscetis eos. ergo in idipsum ex- toto corde referentes ante omnia super tali questione de- precationem, & dicentes cum David, Reuela oculos meos & considerabo mirabilia de lege tua. Lucerna pedibus meis verbum tuum Domine & lumen semitis meis. Quoniã ipse est, sicut ait beatus Daniel, prophetia; sapiëntia & fortitudo eius sunt; dat sapiëntiam sapientibus, & scientiam intelligentibus disci- plinam; ipse reuelat profunda & abscondita, & nouit

in tenebris constituta, & lux cum eo est, quia in
 tiam & fortitudinem dedisti mihi & ostēdisti
 quæ rogavi te. *Cum ope diuina uniuscuiusque*
conscripta qui per nouitatis commentum acculsi
de venerabili nostro scrinio obsecundantibus nobis
nabiliter offerentibus solertiùs intendamus.

INTER LEONIS PRIMI

Epistolas est rescriptum Flauiani Confla-
 politani capitulis constans quattuor, in
 tertio post hæc verba, *Valentini & Apollinarii*
parans sectam, vsque ad finem totius rescripti
 habet Isidorus m. f. Aquiscinctensis folio
 versa. secus quàm Surius Tomo i. pag.

HOs enim diuulgauit auctoritas & censura
 quos potuimus emendare correximus, & re-
 rent Manicheum cum predicatoribus & discipulis
 publica in Ecclesia confessione & manus sua con-
 compulimus, & ita de voragine impietatis sua
 pœnitentiam concedendo leuauimus.

iiii. Aliquantis verò qui ita se demerserant, et
 bis auxiliantis posset remedium subleuare, sub
 secundum Christianorum Principum constituta
 Etum gregem sua contagione polluerent, per publicos
 ces perpetuo sunt exilio relegati, & omnia que tunc
 pturis quàm in occultis traditionibus suis habere
 na vel turpia, ut nosset populus quid refugeret
 vitaret, oculis Christiana plebis certa manifesta
 probauimus. adeò ut ipse qui eorum dicebatur Episcopus
 nobis tentus proderet flagitiosa in suis mysteriis
 ret, sicut gestorū vos series poterit edocere. ad
 nem enim vestram etiam ipsa direximus. Quibus
 omnia que a nobis deprebensa sunt nosse poteritis.

INCIPI

Papæ

Codicis

pag. 2

Con

Chri

hoc indic

munione

detenti a

ne fieri c

Ecclesiæ

quos de his quos ne absoluerentur arctior reatus in-
 voluerat cognouimus aufugisse, hanc ad dilectionem ve-
 stram epistolam misimus per acolytū nostrum; ut effecta
 sanctorum sanctitas vestra sollicitius agere dignetur & cau-
 tius, nec vbi Manichea peruersitatis homines plebes ve-
 stras facultatem ladendi & huius sacrilegij possint inue-
 niri doctores. Aliter enim nobis commissos regere non pos-
 sumus, nisi eos qui sunt perditores & perditī, zelo fidei Do-
 minice persequamur, & à sanis mentibus (ne pestis hac
 latius diuisgetur) seueritate qua possumus abscondamus.
 Unde hortor dilectionem vestram, obtestor & moneo, ut
 qua deberis & potestis sollicitudine vigiletis ad inuesti-
 gandos eos necubi occultandi se reperiant facultatem.
 Ut enim habeat à Deo digna remunerationis premium,
 qui diligentius quod ad salutem commissæ sibi plebis per-
 spicit fuerit exsecutus, ita ante tribunal Domini de rea-
 tu negligentia se non poterit excusare quicumque plebem
 suam contra sacrilega persuasionis auctores noluerit cu-
 stodire. Data 3. Kalend. Februarij Theodosio 8. & Al-
 bino viris clarissimis Consulibus.

INCIPIT ALTERCATIO LIBERII

Papæ & Constantij Imperatoris. desumpta ex
 Codice Isidorico Aquiscinctensi m. f. fol. 263,
 pag. 2.

Constantius Imperator dixit; nosse te volo, quòd
 Christianus sis & Episcopus nostræ ciuitatis, dignū
 hoc iudicamus ut euocantes te moneremus, quāuis com-
 munionem scelestissimi Athanasij & ineffabili superbia
 detenti abnegare non differas; hos enim terrarum orbis be-
 ne fieri comprobauit, & synodalis sententia alienum ab
 Ecclesiastica communionem decreuit. Liberius Episcopus;
 r v O Impe-

O Imperator iudicia Ecclesiastica decet cum
 proferri iustitia; quapropter, si videtur
 disceptationem iube constitui; & si apparuerit
 nasius condemnatione dignus, tunc secundum
 stica consequentia formam proferatur in eum
 tentia. non enim possibile est condemnari
 quo nihil est examinatum. Constantius Imperator
 xit; vniversus mundus iam indicavit eius factum
 ille, sicut ab initio, tempus eludit. Liberius
 dixit; Quicumque subscripserunt, non ipsi
 qua gesta sunt; sed propter gloriam & timorem
 à te contumelias paterentur, adqueuerunt.
 dixit; quid est gloria, & timor, & contumelias
 berius Episcopus dixit; quicumque gloriam
 ligunt, tua magis dona preponunt. qua ergo
 derunt, non examinant es ad iudicauerunt; quia
 stianitatis alienum. Imperator dixit; in facie
 demnatus est, in Concilio Tyri, & in Concilio
 pariter decreuerunt omnes totius orbis Episcopi
 Episcopus dixit; nunquam in presentia sui hominis
 dicatus est. quicumque enim hunc conuenienter
 nauerunt eum, discedente Athanasio à iudicio
 tiam protulerunt. Eusebius eunuchus dixit; in
 Concilio alienus à Catholica fide probatus est.
 dixit; quinque soli iudicauerunt ex his qui con-
 gio venerunt in Mareote, quos miserunt ad
 nem eius, vt contra eum gesta conficerent. horum
 qui destinati sunt duo mortui Theognius & The-
 reliqui verò tres viuunt, hoc est, Mares, Valens,
 facius. ab his qui missi sunt, Sardica propter
 sam Synodus celebrata est. qui in synodo libel-
 runt, veniam postulantes, quoniam in Mareote
 calumniam ex vna parte contra Athanasium

fuerent, libellos eorum nunc pra manibus habemus. Qui
 horum nos credere & communicare conuenit, Imperator,
 his enim qui primitus damnauerunt & veniam postea
 poposcerunt, an eis qui adhuc hac causari contendunt?
 Epictetus Episcopus dixit; O Imperator, non fidei causa
 hodie neque iudiciorum Ecclesiasticorum sermonem fa-
 ciat, sed ut apud Senatores in Romana constitutos urbe
 gloriatur quasi superauerit Principem. Imperator ad Li-
 berium dixit; quota pars est totius orbis, quoniam tu solus
 hominem vindicas nefandissimum, & orbis terrarum pa-
 cem Ecclesiarumq; dissoluis? Liberius dixit; non eo quod ego
 solus sum fidei causa minuitur: nam & antiquitus tres
 solivaperti sunt resistentes praecepto Regis. Eusebius eu-
 mebius dixit; Imperatorem nostrum Nabugodonosor
 fecisti? Liberius dixit; non, sed non ita irrationabili-
 ter adiudicandus est homo qui non est examinatus. &
 hinc ego peto primitus generalem proferri subscriptio-
 nem, confirmantem Nicena prolata; ut ita reuocatis
 ab exilio fratribus nostris, & in locis propriis restitu-
 tis, si hi qui turbas pariunt Ecclesiis visi fuerunt Apo-
 stolica fidei consentire, tunc apud Alexandriam con-
 uenientes omnes, ubi & accusatus & accusatores sunt
 & defensor eorum, examinata causa possimus profer-
 re sententiam. Epictetus Episcopus dixit; Sed cursus
 publicus non sufficit subiectui Episcoporum. Liberius di-
 xit; Ecclesiastica causa publico cursu non egent: Ec-
 clesia namq; sufficiunt vsque ad mare perducere suos E-
 piscopos. Imperator dixit; qua dudum susceperunt for-
 mam, solui non possunt: plurimorum namque Episco-
 porum debet valere sententia. tu solus es qui amicitiam
 illius scelerati defendis. Liberius dixit; Imperator, nun-
 quam audiuimus absente accusatore iudicem eius sce-
 lera proferentem; nisi quia propria videntur haec odia.

Impe-

Imperator dixit; omnibus equidem nocuit in
 nulli tamen sicuti mihi: qui dum non sufficeret
 fratris mei maioris, neque beata memoria Constan-
 fauit in meis inimicitias frequenter impellere,
 siori mansuetudine detenti impellentis momen-
 rassemus. nulla itaque mihi victoria est, neque
 Magnentium vel Silvanum, nisi illum sceleratissimis
 clestasticis rebus expulero. Liberius Episcopus
 per Episcopos vindicare inimicitias tuas: man-
 clestasticorum ad sanctificandum vacare debet
 pter, si tibi videtur, iube vocari ad loca propo-
 tes; & si cōcordes apparuerint ei quem nos in-
 fendimus, secūdam fidem orthodoxam in
 constitutam, tunc conuenienter providebunt
 pace; & homo qui non peccauit non reproberet
 Imperator dixit, unum est quod queritur: ut
 amplectentem Ecclesiasticam communionem
 nno destinare; & propterea concordia paci, &
 Romam reuertere. Liberius dixit; Romam
 valedixi: maiores enim sunt Ecclesiastica sancta
 Romana habitatio ciuitatis. Imperator dixit;
 dierum spatium ad deliberationem habes; si
 bere, Romam reuertere, aut certe cogita in
 portari locum. Liberius dixit; spatium trium
 tionem nequaquam mutare potest: quapropter
 rige me. Imperator autem post illos dies ex am-
 rio, & nequaquam à suo proposito renocato, in
 Tyberia^a Thracia exilio portari. Egre die
 perator ad expensas quingentos solidos destin-
 Liberius ferenti dixit; vade, da eos Imperator
 habet suis erogare. similiter & Augusta tantum
 Liberius dixit; redde eos Imperatori, opus enim
 ad expensas militum suorum: si autē Imperator

^a
 Theodoretus
 habet
 Berocam.

pus, det eos
 nihil accepisset
 ecclesias desolasti
 vnde prius esse

& Epicteto; illi enim opus
 & alios solidos. C

tres dies nihil

Cætera folio dissecto desiderantur, sed paucula;
 nam pagina sequens eiusdem folij 264 eiusdemque
 ultimi prorsus est alba vel inanis. Tu cõfer hanc al-
 terationem cum cap. 16. libri 2 historiæ Ecclesiasti-
 cae Theodoretii, vbi satis clarè & apertè tota res hæc
 gesta per dialogismum narratur: vnde lacunas hæc
 replebis tuo met arbitrato, felicemque Liberij tan-
 dem capite sequenti videbis exitum.

CAPVT SEPTIMVM

CATALOGVS AVCTORVM

& auctoritatum Decreti Burchardici.

PRIMA Classis est Scri-
 ptura sacra.

Anicius.

Antherus.

Bonifacius.

Caius.

Calistus.

Clemens.

Cælestinus.

Cornelius.

Cyricus.

Damasus.

Deusdedit.

Dionysius.

Eleutherius.

Euaristus.

Eugenius.

Xodus.

Leuiticus.

Joannes Euangelista.

Paulus Apostolus.

SECVNDIA Classis Cano-
 nes Apostolorum.

Canones Apostolorum.

TERTIA Classis Pon-
 tifices.

Adrianus al. Hadrianus.

Alexander.

Anacletus.

Anastasius primus.

216
 Catalogus
 Auctorum
 Burchardi-
 corum.

Euse-